

contributionem de rusticis superius prealegatam et expresse declaratam, pari modo persolvant.

Quia vero sunt plerique nobilium, *qui iobajones* (*sic*) incerto numeros possident, tamen nec promontoria, nec pissinas magnas, nec sylvas glandiferas habent, et jobagiones modicum quoque vineis aut nihil ipsis nobilibus contribuunt, sed eisdem arant dumtaxat et metunt, fonaque falcant et in horrea eorum cumulant, ex quibus ipsi nobiles non modicam pecuniam annuatim hauriunt, ne igitur tales absque omni poenitus solutione exempti, sed aliqui subsidii ipsi quoque videantur praestasse; similiter medietatem pecuniarum quas ex hujusmodi colonorum suorum servitiis et agricultura per annum habere consueverunt juxta ipsorum propriam conscientiam animosam, ut quilibet equaliter onus istud supportare dignoscatur, contribuant.

De nobilibus unius sessionis super vineis et pecoribus et pecudibus eorum, idem est judicium; et insuper si quis illorum nullos proventus annuales 336 paratis in pecuniis habent, tales de personis eorum solvant sigillatum florenum unum.

Et quod prædiales ecclesiarum qui nobilium vices gerant, seu pro nobilibus reputant instar nobilium unius sessionis, contributiones prænotatas facere teneantur.

Item, domini prælati, ratione decimarum suarum nobil teneantur contribuere, quia illarum prætextu banderia sua conservabunt. Verumtamen sunt plures personæ ecclesiasticae quæ decimas quidem habent: gentes tamen illarum ratione non conservant et tales medietatem hujusmodi decimarum contribuere teneantur.

Item, officiales Regiæ Maiestatis, ratione officiorum suorum, gentes et banderia eorum conservare debebunt.

Item, quod ad dicaturam, connumerationem et recollectionem præmissorum omnium contributionum ac subsidii unius floreni, elegantur in singulis comitatibus duo probi et fideles nobiles, qui hujusmodi subsidium et reliquias contributiones prænotatas, tam in bonis Regiæ et reginalis Majestatum, etiam omnium dominorum ecclesiasticorum et secularium atque aliorum nobilium et cunctorum possessionatorum hominum, etiam religiosorum, justa modum et seriem ac limitationem superius exinde factam fideliter et consentiose connumerent, peragent atque exequantur; ita tamen quod nec comites, nec vicecomites, neque judicialium pro salario eorum quicquam recipient exinde, sed in expensis ipsorum dicatorum electorum cum eis pariter pro-

cedant, ipsique dicatores pro eorum salario non plures quam in comitatibus majoribus, ambo quinquaginta florenos, in mediocribus triginta duos, et hoc ideo quia pro comuni bono et republica agitur, et quibus pro salute quieteque propria labores subiecte tenetur; expensas etiam quanto pauciores de illis contributionibus facere possint, tanto minores faciant, nec defectus magnis in eisdem contributionibus committatur; et quod hujusmodi connumerationis dicatores ipsi, non per aliquos eorum famulos, sed in persona eorum propria totaliter peragant.

Et quod judices civitatum, oppidorum villarumque et possessionum, solummodo in solutione subsidii prædicti unius floreni relaxentur, et in parvis villis illius quoque subsidii medietatem persolvant, reliquias autem contributiones instar aliorum colonorum reddere soli, etiam ipsi dicatores, item thesaurarii, comites, vicecomites et judicialium de vineis et pecoribus ac pecudibus proventibusque eorum pecunialibus censem prænotatum, juxta limitationem, ordinationem prænaratam, pariter restituere teneantur.

Qui quidem dicatores, antequam ad hujusmodi 337 connumerationem et dicaturam exmittentur et egredientur, coram universitate nobilium firmissimum præsentum juramentum, quod in eodem negotio fideliter procedent et nemini timore vel odio favebunt aut parcent, neminenque odio vel invidia præter debitum vexabunt. Et quod expensas superfluas in processu eorum non facient, subsidiumque et contributiones ipsas nemini relaxabuntur, nec quavis via aut occasione et colore illud et illas pro se vel aliis præter salariū deputatum retinebunt, aut aliter dissipabunt; sed fideliter aut probe dicabunt atque connumerabunt, et verum ac justum registrum et computum superinde servabunt, habita hujusmodi exinde dicatione et connumeratione, quibus dominorum et nobilium per se vel suum hominem totam summam, tam ratione proventus personae suae propriae, ac occasione numerorum pecorumque et pecudum suorum, in eo comitatu ubi connumeratio ipsa fieri, ex ipsis, quam etiam jobagionum suorum in eodem comitatu residentium juxta seriem registri dicatorum ad brevem unum terminum per universitatem nobilium absque defectu adducere et representare, quam tandem comitatus ipse, cum comitibus ac vicecomitibus constituendis fideliter rescribere, et eisdem per dicatores ipsos auxilio tamen ejusdem comitatus transmittere, et illi quoque thesaurari super rehabilitione ac ad manus eorum assignatione litteras recognitiales et expeditionaliter dare debeant